UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Consiliorvm Sive Responsorvm Avgvstini Beroii Bononien. I. C. Praestantissimi Volumen ...

Cum Summariis, & Indice rerum, ac verborum locupletissimo

Pontificij iuris, Contractuum, seu Dispositionum inter viuos materias distinctè continens

Bero, Agostino

Venetiis, 1577

Consilivm VI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96504

Visual Library

nymi non valuit, tanquā lata ab eo, qui amplius nul-
lam habebat ſuper hoc ptātem, ex quo ſemel functus
fuit officio ſuo. arg. in d. l. iudex poſtquam: Item quia
diſpenſatio ſemel facta reuocari non poteſt cōtraria
voluntate diſpenſantis. gl. in c. ex eodem. de elect. in
79 ſexto. ¶ Rurſus † ſecunda præſentatio, & inſtitutio
valet poſt primam præſentationem, quæ habuit inſti
tutionem epiſcopi, quando prima præſentatio, & in-
ſtitutio facta fuit de nō idoneo, alioquin ſi ſit facta de
idoneo, ſecūda inſtitutio, & præſentatio dr̄ inualida,
& nulla, vt in c. quod autem. de iur. pat. vbi Abb. in ver
80 ſi. & aduerte. &c. dicit, ꝙ † ex ſola inſtitutione primus
inſtitutus conſequitur ius plenum in beneficio, vt in
c. ſi tibi abſenti. de præb. in ſexto. ita ꝙ poſt illam inſti
tutionem non valet inſtitutio alteri facta etiam cum
traditione poſſeſſionis, quāuis aliud ſit in rebus pro-
phanis. arg. l. quoties. C. de rei vend. ergo à fortiori ſe
cunda inſtitutio erit nulla, ſi primo inſtitutus fuit im
miſſus in poſſeſſionem, ex mente Abb. ibi: Sed in ca-
ſu noſtro D. Vincentius fuit idoneus ad hmōi benefi
cium de iure cōi, vel ſaltem ex diſpenſatione ſibi con
ceſſa, quæ fuit legitima, & de iure valida, vt ex præmiſ
ſis apparet, ergo ſecunda inſtitutio nulla fuit. ¶ Nec
obſtat, ꝙ ſecunda inſtitutio debet dici valida, ex quo
prima fuit ipſo iure nulla, & de eius nullitate notoriè
conſtabat, & ideò ſecunda fieri potuit nō citato dicto
D. Vincātio prius præſentato, per ea, quę voluit Bal.
in conſi. ſuo 283. in 4. vol. & facit tex. in c. qm̄. extra
de fil. preſb. quia rn̄detur verum non eſſe, ꝙ prima pn̄
tatio, & inſtitutio fuerit nulla, immò valida, & legiti-
ma, vt plenius ſupra deductum fuit: Et poſito illā fuiſ
ſe nullam (quod negatur) tamen non dr̄ notoriè nul-
la, quoniam ex multis iuribus, & rationibus ſupra per
me alleg. ſaltem infertur, ꝙ de nullitate illius notoriè
non conſtet. Quare debuit dictus Do. Vincen. primo
loco præſentatus, & inſtitutus citari. argu. tex. cum ſi.
in c. licet epiſcopus. cnm ibi not. per gl. & Doc. de prę
ben. in ſexto. Ex quibus omnibus prædictis conclu io
dictum D. Vincentium legitimè præſentatum, & in-
ſtitutum fuiſſe, ac eſſe potiorem, & conſequenter ipſi
D. Hieronymo præferendum. Laus Deo.

S V M M Æ.

1 *Iuris patronatus quaſi poſſeſſio probatur ex præſentationibus.*
2 *Præſentatio eſt fructus iuris patronatus, & ad eum, qui eſt in quaſi poſſeſſione iuris præſentandi cum bona fide, ſpectare debet.*
3 *Ius patronatus ex antiquiſſima quaſi poſſeſſione, probatur etiam per famam, & indicia, maximè quando de iure patronatus alterius non conſtat: Et an ſit uerum. num. 8. vſque ad nu. 14.*
4 *Rector eccleſiæ ſimilis eſt vſufructuario, vel vſuario, Et quomodo. num. 26.*
5 *Poſſeſſio, vel quaſi longiſſimi temporis quando ius, & titulum, ex quo dominium, & cauſa proprietatis acquiri poſſit, probet, & quando non. & num. 14.*
6 *Ius patronatus ex quibus alicui in eccleſia conſtitutum, ſeu acquiſitum dicatur.*
7 *Conſtruens, fundans, vel dotans eccleſiam ius patronatus non acquirit, niſi hæc animo expreſſo illud acquirendi, & de conſenſu epiſcopi fecerit.*
8 *Ius patronatus aduerſus eccleſiam, ſeu cappellam, ac etiam aduerſus patronum ex curſu longiſſimi temporis acquiri non poteſt.*
9 *Niſi eſſet curſus tanti temporis, de cuius initio memoria in contrarium non exiſteret.*
10 *Ius eccleſiaſticum, ſeu ſpirituale contra regulas iuris communis ſine titulo, quo temporis curſu præſcribi poſſit.*
11 *Ius patronatus de iure communi laicis non debetur, neque acquiritur, niſi ex quadam gratia, & contra iuris regulas.*
12 *In eccleſia regulari cappella hodie conſtrui non poteſt, cui clericus ſecularis præeſſe debeat.*
13 *Ius patronatus in eccleſia, & cappella, quomodo, & quo temporis ſpatio prçſcribi poſſit.*
14 *Titulus principaliter allegatus quando, & ex quo curſu temporis probetur, & prçſumatur.*
15 *Ius patronatus, quando, & quomodo ex re data eccleſiæ acquiratur.*
16 *Præſentatio, & inſtitutio ad eccleſiam facta expreßè contra prohibitionem canonis eſt ipſo iure nulla, nullumq; ius ex ea acquiritur.*
17 *In iure patronatus cappellæ, vel altaris cum conſtructore illius concurrit etiam eccleſia principalis, in cuius ſolo, & fundo cappella fuit conſtructa.*
18 *Et inuita eccleſia, vel eius rectore conſtructor non poteſt in hac cappella aliquid facere.*
19 *In re communi ſocius non poteſt inuito alio ſocio quicquam facere, & melior eſt conditio prohibentis, & quando.*
20 *Eccleſias, & cappellas reparari facere ad epiſcopum, & non ad patronos ſpectat.*
21 *Patroni ius ædificandi in eccleſia non habent, & quæ iura habere dicantur.*
22 *In iure patronatus non datur petitorium, nec poſſeſſorium.*
23 *In quaſi poſſeſſione iuris præſentandi exiſtens non dicitur quoad alios effectus eſſe in quaſi poſſeſſione iuris patronatus, vt ultra præſentationem alia facere poſſit.*
24 *Cauſa proprietatis probata ante diſcuſſionem cauſæ poſſeſſorij abſorbet cauſam poſſeſſionis.*
25 *Ius patronatus ad hæredes tranſit.*
27 *Vſufructuarius an ſimplicìter, & indiſtinctè in re poſſit ædificare.*
28 *Eccleſia ſine conſenſu epiſcopi non eſt reparanda.*
29 *Rectori eccleſiam alterare, aut aliquid in ea facere non eſt permiſſum, niſi de ſcientia, & conſenſu patroni ſaltem eccleſiaſtici.*

EPITOME.

Ex ſola quaſi poſſeſſione præſentandi etiam longiſſimi temporis ad cappellā in eccleſia regulari poſitā nō probari ius patronatus laicis cōpetere ꝯtra eccleſiam, in cuius ſolo, & fundo cappella eſt conſtituta, nec patronos, ſeu eos, qui in dicta quaſi poſſeſſione præſentandi exiſtunt, nec præſentatum ab eis poſſe in dicta cappella liberè ædificare, aut aliud facere, inuita dicta eccleſia, hic prol atur.

CONSILIVM VI.

IN cauſa iuris patronatus cappellæ Sanctæ
Iulianæ inter Abbatem eccleſiæ Sancti
Stephani ex una, & illos de Leonorijs ex
altera pendente, prima facie videtur dicē
dum, quòd dicti de Leonorijs ſint in quaſi poſſeſſio
ne iuris patronatus, & ſic ad eos liberè ſpectet ædifica
re, conſtruere, & arma eorum in dicta cappella impo
nere, tanquā ad veros illius patronos, in primis, quia
conſtat dictos de Leonorijs eſſe in quaſi poſſeſſione
iuris pn̄tandi, vt per plures pn̄tationes per eos factas
de rectore ad dictam cappellam vacātem, de quibus
1 in proceſſu apparet, † ex quibus probatur quaſi poſſeſ
ſio iuris patronatus, vt in c. fi. & in c. cōſultationibus.
cum ibi no. de iur. patro. Et habetur in c. querelam. de
2 elec. † pn̄tatio. n. eſt fructus iuris patronatus, vt in d. c.
fi. & not. in c. cum Bertoldus. de re iudi. & ideò debet
ſpectare ad eum, qui eſt in quaſi poſſeſſione iuris pn̄-
tandi cum bona fide, vt in d. c. conſultationibus. & po
3 nitur in c. cura. & in c. ex literis. de iu. patr. Et † cū iſtud
ſit ius patronatus antiquiſſimum, & ab antiquo tp̄e
citra præfati de Leonorijs fuerint in quaſi poſſeſſiōe,
ex hoc probatur ipſos eſſe patronos, & maximè cum
de iure patronatus alterius perſonæ non conſtet, per
ea, quæ notabiliter voluit Bal. in l. cū ſuper. C. de rei
vend. & in auth. quas actiones. in fi. verb. C. de ſacroſ.
eccl. ꝙ ad probandum ius patronatus valet antiquiſſi
ma poſſeſſio, & ſufficit probatio præſumptiua per fa-
mam, & per indicia: & dicit Abb. in d. c. cōſultationi-
bus. & in d. c. querelā. de elect. ꝙ quando non apparet
de iure patronatus alterius, ille cenſendus eſt patro-
nus,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

nus qui reperitur in quaſi poſſeſſione iuris patrona-
4 tus, quoniam eccleſia non naſcitur. Præterea † rector
eccleſię ſimilis eſt uſufructuario, ſeu uſuario, ut eſt
gl. in c. præſenti. de ofi. ord. in 6. Bal. in l. 2. C. de epiſ. &
cle. ſed uſufructuarius ædiũ lumina immittere, colo
res & picturas, marmora, ſigilla, & ſi qd ad domus or
namẽtũ pertinet, ĩponere, & facere poteſt, ut eſt tex.
in l. ęquiſſimum. §. ſed ſi ædiũ. ff. de uſufruct. ergo hęc
eadẽ in cappella, ſeu eccleſia rector ipſius facere po
5 terit. Rurſus † ille, q diu ſtetit in quaſi poſſeſſione iu-
ris patronatus, vel alterius iuris, ſeu ĩ poſſeſſione rei,
ſi fundet ſe in titulo, allegãdo titulum aliquẽ princi-
paliter, ex quo dñium, & ius proprietatis acquiri poſ
ſit, & ad probãdum illum titulum, & cauſam proprie
tatis ſolum probet poſſeſſionem vel quaſi lõgiſſimi
tẽporis, ſufficit ad hoc, ut dicatur dominus, ſeu pro-
prietarius, aut patronus, ut notabiliter uoluit Ab. ĩ d.
c. querelã, & habetur latè per Bar. & alios in l. cũ de in
rem uerſo. ff. de uſur. & in l. ſi certis annis. C. de pact.
cum ſimilibus. uis ergo cõſiſtit in modo ꝓponendi,
quia ſi principaliter proponitur dñium, uel quaſi, &
ad probãdum illud deducatur, & probetur lõgiſſima
poſſeſſio, uel quaſi, & uſus longiſſimi tẽporis, tunc ex
huiuſmodi tẽporis curſu probari dicit̃ illud ius, ſecꝰ
ſi principaliter quis ſe fundaret in tẽpore, nã tempus
per ſe non ſufficeret: ſed ĩ terminis noſtris illi de Leo
norijs prĩcipaliter ſe fundante in iure patronatus, il-
lud principaliter deducẽdo, & ad probãdũ illud oſtẽ
dunt, & probãt ſuã quaſi poſſeſſionem iuris patrona-
tus longiſſimi temporis, ut in proceſſu apparet, er-
go &c. ¶ Præmiſſis tamẽ non obſtãtib. contrariã ſen
tentiam in caſu noſtro arbitror eſſe veriorẽ, ꝙ illi de
Leonorijs nõ ſint dictę cappellę patroni: & poſito ẽt,
ſed non conceſſo, illos eſſe patronos, dico, ꝙ ad eos
non ſpectat, inſcio, & inuito abbate eccleſiæ matri
cis, in dicta cappella ædificare: ad qđ dicẽdũ moueor
6 ex pluribus, & in primis, quia † in eccleſia, ſeu in cap
pella non cenſetur conſtitutũ, uel acquiſitũ ius patro
natus alicui, niſi ex fundatione, uel cõſtructione, uel
dotatione, uel ex priuilegio, ad no. in c. piæ mẽtis. 16.
7 q. 7. & per Abb. & alios in rubrica de iure pat. & † de
illis debet conſtare, ꝙ facta fuerint animo acquiren
di ius patronatus, & de conſenſu epiſcopi, alioquin ſi
quis ſimpliciter fundaret, ſeu cõſtrueret, aut dotaret
eccleſiã abſq; eo, ꝙ diceret, & probaret ſe feciſſe ani-
mo acquirẽdi ius patronatus, eccl̃ia cẽſeretur libera
& non patronata. c. ſignificauit. de teſtib. cũ ibi not.
c. nobis. & ibi Abb. & melius per eum in c. quoniam.
de iur. pat. ſed non conſtat de conſtructione, fundatio
ne, uel dotatione illorũ de Leonorijs, nec de aliquo
eorũ priuilegio, ergo patroni dici nõ poſſunt: & quã-
uis fortè poſſet probari quaſi poſſeſſio iuris patrona-
tus longiſſimi temporis illorũ de Leonorijs, tamen
8 † ex curſu lõgiſſimi temporis aduerſus eccleſiam, ſeu
cappellã nõ põt ius patronatus acquiri, ut uolunt Io.
And. in c. ꝙ alicui. de re. iu. in 6. Mod. & Io. de Monte
Murlo, & alij cõiter in d. c. querelã. Arch. in c. horta
mur. 71. diſt. & in c. ſi plures. 16. q. 7. & ſecundũ Ab. in
d. c. querelã. etiã aduerſus patronũ, ille, qui non ẽſt pa
tronus, non põt ius patronatus acquirere, qa illud nõ
eſt præſcriptibile per plura ibi per eũ adducta. Præte-
rea & ſi uera eſſet illa opinio, ꝙ aduerſus patronũ ille
qui nõ erat patronus, poſſit prærſcribere ius patrona
tus ex curſu tpis, ut uidetur uoluiſſe Ioã. And. in d. c.
9 qđ alicui. quem doct. magis cõiter ſeq uidentur, † tñ
hoc debet intelligi uerũ eſſe ex curſu tanti temporis,
de cuius initio nõ exiſtit memoria in contrariũ, quia
tale tempus habet uim tituli, ſeu cõſtituti priuilegij.
arg. l. hoc iure. §. ductꝰ. cũ ibi no. ff. de aq. quot. & ęſt. &
10 Ro. ĩ rub. de arb. ĩ 20. col. Nã † ad hoc, ut ius eccleſiaſti
cũ, ſeu ſpũale contra regulas iuris cõis ſine titulo poſ
ſit p̃ſcribi, & acquiri ex curſu temporis, requirit̃ præ-
ſcriptio tãti temporis, de cuius initio non exiſtit me-
moria in cõtrariũ, quæ ſupplet uim tituli, nõ aũt ſuf-
ficit præſcriptio lõgiſſimi temporis 40. uel 50. anno-
rũ, quia ius eccleſiaſticũ, uel ſpũale ſine titulo præſcri
bi nõ põt ſpacio lõgiſſimi temporis, qñ ius cõe reſi-
ſtit, ut eſt caſus clarus, & in terminis in c. 1. de præſcr.
in 6. cũ ibi not. ibiq; Domin. & alij: ſed in caſu noſtro
ius cõe reſiſtit huic præſcriptiõi duplici reſpectu, pri
11 mo, quia † de iure cõi ius patronatꝰ nõ põt laicis acq
ri, nec deberi niſi ex quadã gr̃a, & cõtra regulas iuris,
ut in d. c. qm̃. & ibi oẽs do. de iu. patr. & in c. ſi quis epi
ſcoporũ. 16. q. 1. nã de iure cõi q̃libet eccleſia p̃ſumi-
tur eſſe libera, & nõ patronata, ut in d. c. ſignificauit.
de teſti. & ꝑ Abb. in d. c. q̃relã. in 4. no. & no. in d. c. piæ
12 menti. ſecundo reſpectu, qm̃ † & ſi de iure antiquo
in eccleſia regulari licitũ eſſet cõſtruere cappellã, cui
clericus ſecularis præeſſe deberet, tñ hodie hoc dicit̃
eſſe prohibitũ, ut ẽ tex. cũ ibi no. per Abb. in c. ea quę
§. præcipimus. de ſtatu mona. ergo hæc allegatio titu
li, ſeu p̃ſcriptionis iuris patronatus, quã faciũt hi de
Leonorijs ĩ dicta cappella ſanctæ Iulianæ, poſita ĩ ec-
cleſia regulari ſãcti Stephani, dicit̃ eſſe cõtra regulas
iuris, illiq; ius cõe reſiſtit. Ex qbus infert̃ primo, ꝙ cũ
nõ appareat de aliquo titulo iuris patronatus cũ con
ſẽſu epiſcopi, qa nõ cõſtat de fundatione, nec de con
ſtructione, nec dotatiõe, nec de cõceſſione aliqua iu
13 ris patronatꝰ, † ad acqrẽdũ ius patronatus ĩ di. cappel
la fuit neceſſarius curſus tanti tẽporis, de cuius initio
nõ exiſtit memoria ĩ cõtrariũ cũ bona fide, alioquĩ p̃-
ſcribi ſeu acqri aliquo alio tẽporis curſu nõ potuit, vt
eſt tex. cũ ibi no. plenè in d. c. 1. de præſcr. in 6. & conſe
quenter requiritur ad minus tẽpus 100. annorũ, & vl
tra, quod tẽpus dicitur eſſe tẽpus longæuæ ætatis ho-
minis, l. fi. C. de ſacroſ. eccl. & habetur per glo. Domi.
14 & alios in d. c. 1. Infero & ſecũdo, quòd † licet ad pro-
bandũ, & præſumẽdum titulũ principaliter allegatũ
ſufficiat aliàs tẽpus longũ, ſeu longiſſimũ, uidelicet
10. uel 20. ſeu 30. uel 40. annorum, iuxta ea, quę hñr
in d. l. cũ de in rem uerſo. ff. de uſu. & in d. l. ſi certis an
nis. C. de pact. cũ ſim. tñ quando ſumus in iis, quibus
ius cõmune reſiſtit, prout eſt in caſu noſtro, requirit̃
uſus, ſeu quaſi poſſeſſio tãti tẽporis, de cuiꝰ initio me
moria in cõtrariũ non exiſtit, ut uolunt Moderni Pa-
pien. in tract. iuris patr. in fi. illius, in pen. col. ubi hoc
in terminis nr̃is per plura optimè probãt. Cũ itaq; in
caſu noſtro nõ cõſtet, neq; probatũ ſit pro parte illo-
rũ de Leonorijs de curſu, uel uſu, ſeu quaſi poſſeſſio-
ne tãti tẽporis, ſequit̃, ꝙ eorũ allegatio tituli iuris pa
tronatus nõ dicit̃ aliquo modo probata ex uſu, & qua
ſi poſſeſſiõe iuris patronatus, nec etiã ex fundatione,
nec ex cõſtructiõe, nec ex dotatiõe, nec ex priuilegio
de qbus nõ cõſtat, neq; probatũ fuit. ¶ Et q̃uis ex pro-
ceſſu fortè diceret̃ cõſtare de quodã ſalario rectori di
ctę cappellæ ab illis de Leonorijs annuatĩ ſoluto, ſeu
cõſtituto, tñ propter hoc nõ dicitur, nec dici põt acq
15 ſitũ ius patronatus, quia † requiritur, ꝙ id, ꝙ datur ec
cleſiæ, det̃ pro dote, & dotis noĩe, nõ aũt ſimpliciter:
itẽ ꝙ expreſsè detur aĩo acqrendi ius patronatus, ac
interueniẽte cõſenſu, & auctoritate epiſcopi, vt habe
tur per Abb. & alios in d. c. quoniã. in. c. nemo. de con
ſecr. diſt. 1. & ĩ c. cũ ſicut. de ꝯſecr. ec. uel alt. & ideò cõ
cludẽdũ ẽ dictis de Leonorijs nullũ ius patronatꝰ ĩ di
cta eccleſia ꝯpetere, ſiue cõſiderentur cauſæ, ex qbus
acquiritur ius patronatus, iuxta ea, q̃ habẽtur in rubr.
extra de iure patrona. & per gl. & doc. in d. c. piæ men
tis. ſiue ꝯſideretur uſus, ſeu quaſi poſſeſſio curſus, tẽ-
poris quadragĩta, qnquaginta, vel ſexaginta annorũ
principaliter, ſiue incidenter ad probãdũ tilulũ iuris

patronatus principaliter allegatũ. ¶ Tertio infertur
ex prædictis, ꝙ ĩ dicta capella dominus Hieronymus
qui eſt clericus ſecularis, nullũ ius habet tanquam re
16 ctor inſtitutus; & † ꝙ omnis præſentatio, & inſtitutio
de illo facta, ſi qua facta fuit, nulla eſt, & ipſo iure nõ
tenet, & nullũ ex ea ius ipſi potuit acquiri. c. 1. de reg.
iur. in 6. ex quo facta fuit expreſsè ɔ̃ prohibitionẽ ca-
nonis, arg. l. non dubium. C. de legib. l. quemadmo-
dum. C. de agricol. & cenſi. lib. 11. Nam canon pro-
hibet in eccleſia regulari cappellã erigi, & cõſtrui, ad
quã clericus ſecularis poſſit inſtitui, & ordinari, ut eſt
tex. in d. c. ea, quę. §. præcipimus. ibiq; Abb. & propte-
rea infertur, ꝙ etiam ex curſu longiſſimi tpis non po
tuit dño Hieronymo, nec alteri, ut rectori ius aliqđ ĩ
dicta cappella acquiri, nec etiã ex uſu, ſeu curſu illius
tpis potuit probari aliquis titulus principalis pro par
te dicti dñi Hieronymi allegatus, argumẽto d. c. 1. cũ
ibi not. de præſcrip. in 6. & habetur per Modernos in
d. trac. in fi. in pen. col. & ideo ſi alicui in dicta cappel
la dici poteſt competere ius patronatus, profectò di-
cendum eſt, illud competere ipſi Abbatiæ, & eccle-
ſiæ matrici, in cuius ſolo, & fundo ea conſtructa fuit,
ut in c. ad audientiã. de eccl. ædific. glo. in c. ad apoſto
licos. 12. q. 2. Cald. in conſi. 5. de relig. do. & conſequẽ
ter abbatia ius cõmune pro ſe habet, & ius ſuum dici
tur in iure cõi fundatum. ¶ Secũdo principaliter ita
moueor, nã poſito ẽt, ſed non ɔceſſo, dictos de Leo-
norijs aliquo reſpectu eſſe patronos, vel ex dotatione
vel ex alia cauſa, tñ in iure patronatus hmõi ɔcurrit
etiã abbatia, & eccleſia matrix rõne fundi, & ſoli, in
quo cappella fuit, & eſt poſita, atq; conſtructa, ut ad
oculum patet, & credo ſatis clarè fuiſſe probatum,
17 & ex proceſſu conſtare, quia † cũ conſtructore cap-
pellæ in iure patronatus cõcurrit etiam eccleſia prin
cipalis, puta abbatia, in cuius ſolo, & fundo cappella
fuit conſtructa, ut in d. c. ad audientiam. de eccle. ædi-
fi. gl. in d. c. ad apoſtolicos. Cald. in d. conſi. 5. cũ ſim.
18 ex quibus infertur, † quòd cum ius patronatus dictæ
cappellę ſit commune inter dictos Leonorijs, & ip-
ſam eccleſiam principalem, ſeu matricem, iuxta ea,
quæ habentur in rub. de iur. patr. per Abba. & alios, &
in locis proximè allegatis, ipſi de Leonorijs in dicta
cappella non poſſunt de iure aliquid facere, inuita ec
cleſia matrice, & ſic inuito abbate, ad quem ſpectat
omnis cura, & ſolicitudo monaſterij. c. nullam. 18. q.
19 2. quoniam † in re communi unus ſocius ĩuito alio
non poteſt aliquid facere, nec conſtruere, & melior
eſt conditio prohibẽtis, & hoc quãdo alter ex ſocjis
uellet uti re cõi ad uſum non deſtinatũ. l. ſabinus. cũ
glo. & l. ſi ædes. cũ gl. ff. commu. diuid. Bar. in l. 1. §. nũ
ciatio. ff. de no. ope. nũcia. & in l. ſerui electione. §. 1.
& ibi do. meus Sozi. in 1. col. ff. de le. 1. ſed cappella ſã
ctę Iulianę prĩcipaliter non fuit ɔſtructa ad uſũ ędi-
ficãdi, ſed ad cultũ diuinũ, ergo dicti de Leonorijs in
uito abbate eccleſię non poſsũt in dicta cappella ædi
ficare, ſeu ɔſtruere. ¶ Tertio adduco tex. in c. unico.
20 10. q. 3. ubi † ad epiſcopum ſpectat facere, ꝙ eccleſiæ,
& cappelæ reparentur, & non ad patronos, q̃a oĩs cu-
ra, & ſollicitudo ad epiſcopũ pertinet. & facit, ꝙ habe
21 tur 10. q. 1. & c. oẽs. de ɔſ. diſt. 1. cũ ſi. ¶ Quarto † inter
iura, q̃ dãtur à iure, & ɔpetunt ipſis patronis, de qui-
bus in rub. ext. de iu. pa. & in d. c. piæ mentis, nõ repe-
ritur, ꝙ parroni poſſint ad libitũ formã eccleſiæ amo
uere, & mutare, in illa ædificare, & reparare, ſolũ. n. di
cuntur habere ius p̃ſentãdi rectorẽ ad uacantẽ eccle
ſiã. c. fi. c. illud. c. qm̃, & c. ꝙ aũt. de iure patr. Item ius
alimenta percipiendi tẽpore neceſſitatis, ut in c. qui
cunque. 16. q. 7. Item ius reuerẽtiale, & honorem in-
ſedẽdo, & procedẽdo d. c. piæ mentis. c. nobis. de iur.
pat. nec nõ ius defendẽdi bona eccleſiæ, ne dilapidẽ
tur, ut in c. filijs. 16. q. 7. & in d. c. nobis. cũ ibi no. ergo
cõcludendũ eſt, ꝙ ipſis patronis non competit ius æ-
dificãdi in eccleſia, ſeu cappella patrona, cũ hoc non
reperiatur iure cautum, & ideò ꝙ à canone non eſt
expreſſum, nec nos debemus dicere, arg. l. ſi ſeruũ. §.
nõ dixit prætor. ff. de acq. hær. potuiſſet. n. canon de
hoc exprimere, ſicut de alijs exp̃ſſit, ſi uoluiſſet hoc
ius etiã ad patronos ratiõe iure patronatus ſpectare,
& arg. c. ad audientiã. de decim. cũ ibi no. l. unica. §. ſi
uerò. C. de cad. tol. & tex. cũ ibi no. in l. cum p̃tor. ff. de
22 iudicijs. & ex his infero, ꝙ † cum in hoc non det̃, nec
reperiatur petitoriũ, quia in patronis iſtud ius nõ da
tur, nec reperitur, non eſt etiã in caſu iſto dare quaſi
poſſeſſionẽ, nec remedium poſſeſſoriũ, quia tũc ẽ da
re, & reperire poſſeſſoriũ, quando eſt dare, & reperire
petitorium, arg. l. 1. §. 1. ff. de acq. poſ. & traditur per
23 Cyn. in l. non epiſtolis. C. de proba. ¶ Quinto, † quã
uis dicti de Leonorijs dici poſſint eſſe in quaſi poſſeſ
ſione iuris patronatus reſpectu iuris, & quaſi poſſeſ-
ſionis præſentãdi, prout conati fuerũt probare, faciẽ
do fidem de pluribus eorum pręſentationibus, iuxta
tex. cũ ibi not. in d. conſultationibus. & in c. fi. de iure
pat. & in d. c. querelã. cum ibi no. & in c. cũ Bertoldus.
de re iud. non tamen ex hoc ſequitur, ꝙ omni reſpe-
ctu, & quoad omnes effectus etiã ultra effectum pre-
ſentatiõis ipſi debeãt dici patroni, & eſſe in quaſi poſ
ſeſſione iuris patronatus, ſed ipſi ſolum erunt, & ſunt
defendẽdi in illa quaſi poſſeſſione, in qua reperiũtur,
& nõ ultra, adeò, ꝙ quoad alios effectus non dicẽtur
eſſe in quaſi poſſeſſione, & ultra pręſentationem nõ
poterunt aliquid facere per textum cum ibi no. in c.
cum olim. in fin. & in c. auditis. in fine. de pręſcript.
ergo ipſis non dicetur conceſſum liberè in dicta cap-
pella ędificare, & alia facere quæ ius præſentandi nõ
24 concernunt. ¶ Præterea & ſexto † dicti de Leonorijs
aliquo reſpectu conati fuerũt probare ſe eſſe in quaſi
poſſeſſione iuris patronatus, & ipſe Abb. alijs reſpecti
bus probauit etiã ſe eſſe ĩ quaſi poſſeſſione dictæ cap
pellæ, & iuris illius, ut in proceſſu patet, & ulterius e-
tiã cõſtat de proprietate iuris patronatus abbatiæ in
dicta cappella ex fundatione, quia in eius ſolo, & fun
do cappella fundata fuit, ut in d. c. ad audientiã. ĩ c. uo
bis. de iu. patro. & in d. c. piæ mentis. cũ ergo ante diſ-
cuſſionẽ cauſę poſſeſſorij conſtiterit de proprietate
iuris patronatus dictæ abbatiæ, cauſa proprietatis de-
bet cauſã poſſeſſionis abſorbere, & pronũciandũ eſt
ad fauorẽ proprietarij, ueriq; patroni, & p̃cipuè cũ il-
le actus quaſi poſſeſſionis, ſuper quo lis pẽdet, nõ fue
rit probatus. c. cũ dilectus. de cau. poſ. & propr. cũ ibi
no. & habetur per Abb. in d. c. conſultationibus. de iu.
patr. & Moder. Papin. in d. tracta. in uer. alicui compe
tẽs. in 19. q. ¶ Et quamuis ex prædictis pateat reſpon-
ſio ijs, quæ ſupra in contrarium primo loco adducta
fuerunt, tñ ſpecialiter reſpondendo primo non ob-
ſtat, ꝙ illi de Leonorijs fuerint diu, & lõgo tempore
in quaſi poſſeſſiõe iuris patronatus, quia licet probe-
tur de quaſi poſſeſſione cuiuſdã Leonardi, nõ tamẽ
fuit probatum, quòd dñs Hieronymus, & eius fra-
tres fuerint hæredes dicti Leonardi, cuius perſona
mediante ad ipſos ut ad hæredes peruenerit ius pa-
25 tronatus, prout fuit neceſſariũ probare, cum † ius pa
tronatus tranſeat ad hæredes, ut in c. 1. cum ibi no. ex
tra de iu. patro. Secundo reſpondeo, ut colligitur ex
ſupra dictis in primo fundamẽto ad fauorẽ abbatis
facto, ꝙ ex quo nõ apparet de proprietate iuris patro
natus illorũ de Leonorijs, ſed ſolũ de ſua quaſi poſſeſ
ſiõe lõgi, ſeu lõgiſſimi tẽporis, nõ autẽ temporis, de
cuius initio nõ exiſtit memoria in ɔ̃riũ, hæc quaſi poſ
ſeſſio nõ prodeſt eis ad præſcribẽdũ ius patronatus,
nec ad probãdũ allegationẽ iuris patronatus, nec ad

præſumendum ipſos fuiſſe patronos, & maximè cum
de iure patronatus abbatiæ rõne fundi conſtare dica
tur. Præterea dicti de Leonorijs probantur fuiſſe ſolũ
in quaſi poſſeſſione iuris pñtandi, & nõ aliorũ iuriũ
patronorum, vt dixi ſupra in quinto funda. ergo &c.
Non obſtat ſecundum, ꝙ rector eccleſiæ, ſeu capellæ
dr̃ eſſe ſimilis vſufructuario, vel vſuario, quia reſpon-
26 detur, ꝙ † quamuis ſimilis ſit, nõ tñ dr̃ eſſe vſufructua
rius, nec vſuarius, nam omne ſimile non eſt idem. l.
quod nerua. ff. depoſiti. & ibi Bar. ergo ex diuerſis nõ
eſt inferendum iuribus vulgaribus, non. n. ſimilis eſt
vſufructuario ſimpliciter, ſed ſm̃ quid, videlicet quo
ad faciendum fructus ſuos, vt in d. c. præſenti. per gl.
& Bal. in d. l. omnes. C. de epiſc. & cler. Non eſt igitur
verum ſimpliciter, ꝙ ſit vſufructuarius, nec procedet
argumẽtum de uno ad alium alio reſpectu. arg. l. hoc
legatum. ff. de leg. 3. cum ibi not. Secundò dico, ꝙ vſu
27 fructuarius † ſimpliciter, & indiſtinctè nõ ædificat in
re, quia alterando, & mutãdo faciem, & formam rei,
non poteſt ædificare, quia ſic diceretur facere dete-
riorem conditionem dñi etiam in melius cõmutan-
do, vt in l. hactenus. in fi. cum ſeq. l. vſufructuarius no
uum. l. æquiſſimum. ff. de vſuf. iunc. l. fi. cum ibi no. ff.
28 de vſu, & habita. Præterea † abſq; conſenſu epi eccle-
ſia non eſt reparanda, quia hæc cura, & ſolicitudo ad
epm ſpectat. d. c. vnico. 10. q. 3. & c. 1. & per totum. 10.
q. 1. c. omnes. de conſecr. diſt. 1. Poſſet etiam fortè attẽ
29 tari, quod † rectori non ſit permiſſum alterare eccle-
ſiam, ſeu aliquid in illa facere, niſi de ſcientia, & con-
ſenſu patroni, ſaltem eccleſiaſtici, ad quẽ ſpectat ha-
bere curam, & defenſionem eccleſię. c. filijs. 16. q. ult.
ne contingat eccleſiam damnificari, vt ibi, & argu. c.
& plantare. §. in eccleſijs. de priuil. & in d. c. ad audien
tiam. de eccl. ædif. Præterea, vt dictum fuit ſupra in
primo fundamẽ. in tertia illatione, in hmõi cappella
nõ potuit inſtitui clericus ſæcularis, quia canon hoc
prohibet. d. c. ea, quæ. §. præcipimus. & ibi Abb. ergo
in illa non poteſt aliquid vt rector facere, cum nullũ
in ea ius habeat. l. non dubium. cum ſim. C. de legib.
¶ Non obſtat ultimum argum. ꝙ ſufficiat allegatio
cãæ, & tituli iuris patronatus, & ad illius probationẽ
ſufficiat probare quaſi poſſeſſionẽ diutinã, & lõgiſſi-
mi tpis, vt per Abb. in d. c. querelã. cũ ſi. ſupra alleg.
quia ex ijs, q̃ plenè dicta ſunt ſupra in primo fundam.
hoc remanet reſolutũ. Ex his itaq; exiſtimo oĩno eſſe
iudicãdũ ad fauorẽ abbatis, ſeu abbatiæ, in cuius ſo-
lo, & fundo cappella eſt cõſtituta, cõtra, & aduerſus
illos de Leonorijs prætenſos patronos. Laus Deo.

S V M M AE.

1 *Canonicus, qui prius ad canonicatum cum aſſignatione loci, & ſtalli fuit à capitulo receptus, præfertur ei, qui poſtea fuit receptus. & num. 6.*

2 *Maximè ſi tpe receptionis neuter eſſet in ordine ſacro conſtitutus.*

Et quid, ſi uterque tempore ſuæ receptionis eſſet ordinatus.

Quid ſi extaret conſuetudo, ſeu ſtatutum, quod prior in receptione præferretur poſteriori recepto, non habita diſtinctione ætatis, ordinis, aut alterius qualitatis. num. 7.

3 *Præcedentia ratione ordinis, uel receptionis inter canonicos acquiſita in quibus conſiſtat.*

4 *Canonicus antiquior dicitur reſpectu receptionis, non autem reſpectu acquiſitionis canonicatus.*

5 *Præcedentia inter canonicos põt dici eſſe quid ſpirituale, et eccleſ.*

7 *Statutum, ſeu conſuetudo, quòd inter canonicos prior in receptione præferatur etiam illi, qui prius fuit ad maiorem ordinem aſſumptus, ualet.*

8 *Recipi ad canonicatum, & præbendam is à capitulo non poteſt, qui pacificè, & quietè non poſſidet.*

Pacificè, et iuridicè quis propter litis pẽdẽtiã poſſidere nõ dicitur.

Et quæ litis pendentia hoc operetur.

9 *Etiam ſi lis indebitè, & non iuridicè mota fuerit.*

10 *Interloquutoria, quæ quoad partem in rem iudicatam tranſiuit, non poteſt ad inſtantiam partis reuocari, nec etiam ex officio, quando res integra eſſe deſiit, & ius ex ea parti fuit acquiſitũ.*

11 *Statutum, quòd primo receptus in eccleſia, & inter canonicos præferatur ſecundo recepto, intelligitur de uerè, non autem fictè, & impropriè recepto.*

12 *Homo fingere non poteſt.*

13 *Capitulũ ſtatuere, ac ẽt fingere põt, ſtatuendo tamẽ, & nõ aliter.*

14 *Capitulum non de per ſe, ſed cum epiſcopo ſtatuit.*

15 *Actus in præiudiciũ iuris iam alteri quæſiti non poteſt retrotrahi.*

16 *Fictio trãſlatiua, quæ fit de tempore ad tempus cum præiudicio iuris alterius, & extremis nõ exiſtẽtib. habilibus, fieri non põt.*

17 *Appellatio alternatiuè interpoſita ad plures iudices ualet, & admittitur, & adiecta clauſula optione ſibi retenta, coram quo maluerit appellationem proſequi, infra quod tempus appellans poſſit eligere, & declarare.*

18 *Quid ſi hæc clauſula non eſſet adiecta.*

19 *Et an appellans, pendente tempore ei dato ad eligendum, & declarandum, poſſit ab appellato præueniri, & num. 23.*

20 *Eligendi ius infra certum tempus uni competens non poteſt ab altero, niſi illo tempore finito, auferri.*

21 *Appellatus quando poteſt appellantem præuenire.*

22 *Cauſarum beneficialium, in quibus de prouiſioue eccleſiæ facienda agitur, appellationes ſunt coram Papa cognoſcendæ, & infra quæ tempora.*

24 *Stilus curiæ, quòd appellatus poſuit appellantem præuenire, quomodo procedat.*

25 *Dilatio congrua ſecundũ locorum diſtantiam ad producendũ iura ſua dari debet, alioqui n à denegata dilatione poſſet appellari.*

Epitome habetur s̃. in ſumm. num. 1. vſque ad nu. 3.

CONSILIVM VII.

IN cã ſup præcedẽtia inter Ioannẽ Tẽperã,
& Nicolaũ de Tolledo canonicos in curia
1 vertẽte, proponit † dictũ Nicolaũ pri⁹ fuiſ
ſe à capitulo receptũ, eiq; locũ in illo, &
ſtallũ in choro prius fuiſſe aſſignatũ, & iõ infert ip m
Nicol. p̃fato Ioãni p̃ferendũ eſſe, primò ex diſpõne iu
ris cõis, qa regula eſt, ꝙ qui prior eſt tpe, potior eſt iu
re. l. qui aſſiduis. C. qui potio. in pig. hab. & ibi, ac. ff. p
totũ, & rł̃a. qui prior. de reg. iu. in 6. q̃ rł̃a ẽt inter rece
ptos ad eccł̃aſtica locũ habet. c. 1. cũ ibi no. de maio.
2 & obe. ¶ Scd̃ò † hoc probat. arg. tex. in c. ſtatuimus. de
maio. & obe. à ɔ̃rio, vbi primò ordinatus, ẽt ſi in rece
ptione fuit poſterior, p̃fert priori recepto, ergo ſi re-
ceptionis tpe nullus ſit in ordine ſacro cõſtitutus, p̃ce
dere debebit ille, qui prius fuerit à capitulo in cano-
nicũ receptus. Si verò vterq; tpe ſuæ receptionis eſſet
ordinatus, tũc p̃fert is, qui ad maiorẽ ordinẽ fuit pro
motus, q̃uis alius fuiſſet prius receptus, vt in d. c. 1. &
d. c. ſtatuimus. ibiq; Doct. cõiter hoc ſequunt: Sed in
caſu occurrẽti receptionis tpe neuter erat ordinatus,
& Nicolaus ante Ioannẽ à capitulo fuit receptus, er-
go q̃uis Nicolaus in adipiſcẽdo canonicatũ fuerit vl
timus, tñ debet ipſum Io. p̃cedere, qm̃ quoad p̃latio-
nem, ſeu p̃cedentiã in ſedendo, & in alijs ad canoni-
cos ſpectãtibus nõ attẽdit tempus promotionis, ſeu
quo ius canoniæ acquirit, ſed tempus receptionis, vt
in dictis iuribus, & ſequunt Hoſt. & alij in c. 1. de treg.
3 & pac. In quibus † aũt conſiſtat hæc p̃cedentia, q̃ vel
rõne ordinis ſacri, vel rõne receptionis acquirit, de-
clarat ſatis not. Abb. poſt Inn. ĩ d. c. 1. de maio. & obe.
vbi inqt eã ɔ̃ſiſtere in ſedẽdo, in ſcribẽdo, in rñdẽdo,
in ſigillãdo, necnõ ĩ p̃ceptione p̃bẽdæ. iuxta c. ſi eũ. de
præb. in 6. vel in collatione p̃bendarũ, & in ſimil. poſ-
ſet ẽt exẽplificari ĩ optione p̃bẽdarũ, iuxta terminos
c. fi. de cõſuet. in 6. vbi antiquiores graduũ p̃feruntur
4 in optãdo, & † antiquiores, intelligo reſpũ receptiõis,
nõ aũt acquiſitionis canonicatuũ, dicit. n. ibi glo. in
ver. antiquiores nõ ætate, ſed tpe, quo militauerunt